



STROTSCHIUS IBRAHIM, *Oratio Ebrahimi Strotschii, sultani Sulemanni Turcarum imperatoris in Germaniam legati, habita in lingua Illyrica Francofordiae, coram imperatore Ferdinando, in sacrii imperii electorum, caeterorumque principum concessu, cum in Rom. regem eligeretur Maximilianus Ferdinandi f. anno MDLXII. die mensis novembris XXVII. Eiusdem sultani literae ad Ferd. imp. Constantinopoli missae, per eundem legatum. His subiungitur catalogus servorum, equorum, camelorum & epirhediorum quibus legationis caterva instructa venit. Primum ex lingua Illyrica, in Germanicam, postea in latinam diligenter translata, Riva del Garda, Filippo Ricci (Riva del Garda, Jacob Marcaria), 1563.*

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op f 130

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/49>





STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

Misc T.C.C. 147

C Misc 168

C

1563

•

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

G
2 -op
f
145

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 2414892

D 2329926

5tc1

T 0-op f 130

ORATIO

EBRAHIMI STROTSCHII,
SVLTANI SVLEMANNI TVRCARVM

Imperatoris in Germaniam Legati, habita in lin-
gua Illyrica Francofordiæ, coram Imperatore
Ferdinando, in sacri Imperii Electorum,
ceterorumq; principum confessu, cum
in Rom. Regem eligeretur Maxi-
milianus Ferdinandi F.

ANNO M D LXII. DIE MENSIS
Nouembris XXVII.

EIVSDEM SVLTANI LITERAE
ad Ferd. Imp. Constantinopoli missæ,
per eundem Legatum.

HIS SVBIVNGITVR CATA:
logus feruorum, equorum, camelorum
& epithediorum quibus legatio-
nis caterua instructa uenit.

PRIMUM EX LINGVA
Illyrica, in Germanicam, postea
in latinam diligenter
translata.



RIPAE AD INSTANTIAM
Filippi de Ricis Veronensis.
M D LXIII.

4. 24

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

PHYSICS DEPARTMENT

5720 S. UNIVERSITY AVENUE

CHICAGO, ILL. 60637

TEL. 773-936-3700

FAX 773-936-3701

WWW.CHICAGO.EDU

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

500 N. LAKE STREET

CHICAGO, ILL. 60611

TEL. 773-747-0800

FAX 773-747-0801

WWW.UCP.EDU

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

500 N. LAKE STREET

CHICAGO, ILL. 60611

TEL. 773-747-0800

FAX 773-747-0801

WWW.UCP.EDU

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

500 N. LAKE STREET

CHICAGO, ILL. 60611

TEL. 773-747-0800

FAX 773-747-0801

WWW.UCP.EDU

UNIVERSITY OF CHICAGO PRESS

500 N. LAKE STREET

CHICAGO, ILL. 60611

TEL. 773-747-0800

FAX 773-747-0801

WWW.UCP.EDU

ORATIO EBRAHIMI STROTSCHI LE-
gati Turcici ad Imperatorem Ferdinandum,
& Maximilianum F. F.



MAGNIFICENTISSIME
potentissimęq; Christianorum ele-
cte cęsar Ferdinande, Inuictus, ma-
ximus potētissimusq; dominus Tur-
carum Imperator, Dominus meus
clementissimus certo instructū man-
dato ad Maiestatem tuam me able-
gavit, ut ei suę maiestatis nomine fa-
lute plurima, Imperio felicis usui tæ
longo & incolumi impertirem suumq; propensum animum,
studiosam beniuolentiam, intinq; pectoris amorem tuę Ma-
iestati summe & expresse declararem. Quem equidem amo-
rem sua Maiestas ex antea actis legationibus eousq; auctum ef-
se sperat & plane confidit ut certissima exempla & stabiliz
ac immortę dilectionis amicitięq; argumenta reliquerit atque
demonstrarit, id quod Deus faxit. Sed ut eiusdem amicitię ma-
gni potentissimę Imperatoris Domini mei clemētissimi exem-
pla & argumenta Maiestas tua tanto intelligat certius, uideat
atq; adeo tangat, hos plane liberos remittit Christianos, quos
alioquin nec precibus nec pretio, nec etiam quorumuis princi-
pum interpellatione ex Maiestatis suę illustrissimę custodia li-
berasset, aut cuiquam alii fecisset liberandi potestatem Excel-
lentem uero & cum laude coniunctam cum fauorem tum ami-
citiam illustrissimę suę Maiestatis indubitata facere potius &
præ oculis ponere libuit: spe & fiducia certissima fretus fore,
ut & Maiestas tua a se uinculis addictos Turcas equali beni-
gnitate & amicitia pristinę libertati & religioni restitutos, in
patriam abire permittat: quod ita fieri Illustrissimę maiestatis
suę summe desiderat et amicissime cupit.

Grata est Illustrissimę Maiestati suę ex animo ætas tuę

A ii Maiestatis

Maieftatis quæta, rerum prosperitas, regnum tranquillum, & hilari sane mente, ut imperium hoc apud Maieftatis tuæ posteros fit futurum stabile & amplificatū exoptat. Se ipsam exercet Illustrissima maieftas sua enixe ut porro det operam, ne abs se (quæ s3 ad æquitatem est propensa maxime) nec alio quouis contra induciarum uim & fædus, ne aduersus infimum quidem aliquid committatur iniqui, uel præter id quod decet. Cæterum tuam rogat Maieftatem ut ad præsentem tuas, quas iam nunc reddo literas, amice, expresse atque distincte respondeat, quod si fecerit, re ipsa conperiet se in dilectionis, & amicitia certamen gratissimum & iucundissimum, cum amabilissimo, humanissimo, Omnipotentissimoq; Turcarum imperatore ingressuram, in quo quidem sua nec se uinci, tua uero Maieftas nec palmam auferre sinet, sed uestri longæui ac tempore iam graues animi mutuo fauore & amicitia subinde ad altiorum & communem amicitiam allicentur & prouocabuntur.

Hæc cum sic dixisset Cæsarem interrogabat, qui nam inter assidentes principes Rex Maximilianus suæ Maieftatis charus filius, successor & legitimus hæres esset; Imperatore autem digito ipsum sibi a sinistra manu assidentem monstrante, Legatus ritu Turcico se inflectens, ad pectus prætenta manu, regi uitæ felicitatem, Imperii successionem fortunatam, & salutem precatus est: cumq; ex tam præcellenti parente progenitus sit, ipsum haud dubie patre non inferiorem sed iuxta nominis quoque significationem longe maiorem, excellentiorem & superiorem fore affirmabat.

Postremo ad Imperatorem se denuo conuertit, oblataq; dona Asturconem scilicet Turcicum & quatuor camelos, multo uerborum encomio extulit, & quod Constantinopoli summa diligentia exquisiti & pro munere Cæsareo comparati essent collaudauit. Hoc tantum querebatur, quod diuturno quatuor integrorum mensium itinere satigati nomihill macrores & remissione facti fuerint. Præterea uasa quædam & pocula cæcidissimi Alabastri, uetustatis nomine, eo quod antiqui Grecorum Imperatores iis usi essent, celebratissima.

LITERAE SVLTANI SVLEMANNI
TVRCARVM IMPERATORIS

ad Ferdinandum Romanis
Imperatorem,

SOLVS DEVS, CVI NEMO PAR.



MAXIMVS summus, omnipotens
Deus, incomprehensibilis, incompa-
rabilis, cuius diuina gloria in princi-
pio, cuius sanctæ diuinaq; maiestati
nihil comparandum. Possessor unis-
uersi firmamenti, refugium throno-
rum, & angelorum, cui a Deo di-
ctum est Tamuhemet, propter te
creatum est coelum & terra: exulta-
tio omnium filiorum hominum: finis atque emissor omnium
prophetarum: prædecessor sanctorum: splendor electorum:
Deus eiusq; sanctus nuncius Mahomet sit mecum: laus & ho-
nor Dei super se & generationem, & adherentes suos, cui a
Deo multa felicitas & sancta miracula tributa sunt. Istæc enu-
merata omnia nobis præsent fidelitatem & focietatem.

Ego sum dominus omnium dominantium tam occidentis
quam orientis, potentissimus facienda & intermittendi: domi-
nus Græcorum, Persarum, Arabum: dominator omnium quæ
sunt regenda: heros huiusce temporis: fortissimus Gigas spa-
tiosi orbis, alb, nigroq; maris, sanctæ ciuitatis Meche, fulgore
Dei circumfusa, ciuitatis Medine, sanctæ mundæq; urbis Hie-
rosolymarum: Dominus regni gloriosissimi Aegypti, terræ Ge-
men, ciuitatis Adenæ atque Senanæ, sanctæq; domus Babilo-
nix, Basræ, Leschani, & Medagini: sedes magni regis Nofchini
Rehani: dominus insulariū Algeri, ciuitatis Arcinici, Detschti,
Ropschacht, terre quoque Turcarum, Mesopotamæ Medo-
rum &

rum & Georgjanorum ac totius denique Græciæ, Mauritanix, Amadelix in Asia & Rarama, Daciæ, Moldauix, terrarumq; totius Hungariæ, & præter has multorum spectabilium dominiorum, potentissimorumq; regionum, quarum sum ego Imperator atque dominus. Magnus Impetator soltanus Sulemannus, filius magni Imperatoris sultani Selimij, sum ego auxilium Dei maximi, qui habenas freni, potentix & fortitudini meæ commisit, fecitq; potestatem & robur in manu mea qualem libet Vibes & arces aperiendi nullis plane exceptis. Qui me terrarum Orientis a regione Ischahna, usque ad finem Africæ dominum, in acumine gladii mei bellicosissimum athletam per benigne constituit. Breuiter magnorum meorum dominiorum insitum est Arx & munitio Cæsareæ: minimum uero potentissimorum hereditatis meæ est regnum Alexandriæ magni. Penes me est fortitudo mundi & uirtus totius firmamenti.

Cum tu Ferdinande sis Ouatio, potentissimusq; Dominus Christianorum, selectus potentissimæ Christianæ fidei, electus atque decretus Romanorum populorum Imperator, Boemix, Illyriæ, Croatiae aliarumq; multarum terrarum Rex atq; dominus. Porta mea regum confugium: regia mea potentissima protectio omnium aduenientium, sedes gratiæ omnium principum & dominorum huius uel gratiæ & spem querentium.

Superiori tempore pro renouatione amicitix atque fœderis, honoris honestiq; familiaritatis gratia selectum consiliarium & locumtenentem tuum Eugerium a Busbeck cum literis consæderatoriis ad me amandasti, anno a propheta IESV (cui iuxta & nostro propheta sit claritas & pax Dei) sesquimillesimo, sexagesimo secundo, principio mensis Iunii, ut ciuitates, arces, & populi tui octennium essent tranquilli & securi. Vtrinque renouata, uera amicitia & concordia sit hoc pacto constituta, ut quotannis Hungaricorum aureorum, triginta milia ad hanc dominationis meæ portam mittantur, una cum antea octo quinquennalis amicitix totidem aureis, biennium & deinceps annum in nominibus relictis, tum extra Regis Iohannis filii hereditarias terras, regiones sibi subiectas siue sint in Hungariacis siue ultra tibiscum, (quæ iure tamen ut nouissi

meæ sunt propriæ) in hisce octo annis constitutæ pacis neque
ui, neque hostiliter neque armis petemus. Idem, cuius mentio-
nem nunc fecimus regius filius per id tempus octennale pare-
bit: aduersus terras uestras hostilitatem non exercebit; subdi-
tos non offendet, a rapinis incursionibus & incendiis abstine-
bit: oppida arces & uillas non capiet: noui quicquam preter
id quod antea fuit, non ædificabit: pecuniam, armenta de ci-
uitas aliaue bona non auferet: rusticis uestris non abutetur
neque abducat. Quin uos uestrosq; disperdendi, igne, uastatio-
nibus, alijsq; molestiis inuadendi nec ius nec potestatem nobis
uendicabimus, sed per Octennium hoc pacifice & quiete uiue-
mus, nisi hoc pacis tempore amicitiam uestram inimicitia sitis
commutaturi. In his, quæ recensimus admittantur Balaschi
Mihal & Nicolaus Baturi, alijq; domini, qui non adeo pridem
se uobis sub miserant, Inde ab eo die quo eiusdem regii filii li-
teræ, amicitiam compromittentes, reddentur, ipsorum bona
huic subdita in eam confederationem concordiamq; includi
oportet, quod si contingeret inter uestros uel illius subditos,
tempore inimicitia utrinque data uel ablata bona sub ipsis in-
uenta, teneri; uel si unius partis subditi alteri se perfide submit-
sissent, uel alia res, ex quibus controuersia nasci posset accide-
rent, nihil dicatur uel audiatur. At si post hanc pacem & pa-
ctum eiusce modi controuersia suboriretur, ut concordia fieri
non posset, nullæ debeat concertationes exerceri, sed utriusq;
sui cedat subditi, iuxta danubium & circum Tottam sunt que
dam uillæ, Camerani quæ antea fuerunt subiectæ, hæc sic ut
prius fuerunt maneant: milites uero circa Tottam uillis ad ri-
pam fluminis iacentibus nihil damni afferant, neque lacessent.
Post eam pacem & amicitiam domini uestri in consensu, uel
alii quicunque fuerint, si aliquem nostrum comprehenderent,
ill. eo liberum sine exactione abire permittant, neque uim ali-
quam turpitudinem seu damnum inferant, sed studeant ut ex
omni parte in ea concordia & tranquillitate perseuerent, istaq;
amicitia iam inde ad octauam annum uere extra fraudem
conseruari debet.

Quamobrem hæc confederationis & pacis literæ ex porta
nostræ

noſtræ gloriæ datæ ſunt, ut peti- tum & rogatum eſt. Conſcri-
ptio huius pacis atque fœderis Ducibus, Schanſchocco Be-
gen, Dominis, Tribunis, centurionibus, cæterisq; militiæ ordinibus
Imperii noſtri, ſtrictè obſeruanda mandari debet, ut pacem, ut
decer, colant, & aduerſus hæc amicitia præcepta nihil inſolen-
tiæ præſerant: in ea pactione utrunque Baiuodam, Bala-
chiam & Moldauiam comprehendi uolumus. Terris autem
omnibus ueſtro imperio ſubiectis Hungariæ, Croatiæ, Schloua-
tiæ, Boſniæ, cæterisque regionibus cum terræ firmæ, tum
mari & inſulis a nobis incommodabitur minime. Si quis ex ue-
ſtris oppidis, arcibus munimentis uel territoriiſ per uim uel
fraudem quippiam adimeret, is punietur, & ablata priſtino de-
bitoque loco reſtituet. Si uero quiſpiam ſubditorum ex ſua par-
te ad aliam transfugeret, quicquid is bonorum ſeu numorum
habet domini ſui eſto, neque ſuſcipiatur ſed puniatur, ut aliis
exemplo ſit: nam transfugi bona domino cedunt, quod ſi in-
terim alicubi annonam ſeu comæatum reponere, & diſficare,
& ſarta teſta conſeruare placuerit, liberum id uobis eſto, ne ta-
men ultra fines, ſed in ueſtro territorio. Veſtris populis & ru-
ſticis Hungariæ nihil laboris imponetur nec ab iis quicquam re-
quiretur. Quilibet domino ſuo arcis inſeruire & debita exol-
uere teneatur. Crebro ſimultas orta eſt, eo quod diffamatum
eſſet, nos ueſtra incendiis uſtaturus, perdituros & uos capti-
uos abduçtuos, euſcemodi minis ſtipem extorquent & in ſer-
uitutem cogunt. Quibuſdam locis hæcenus ſolitum eſt & uul-
gus inops utrinque ſeruire, tributum & decimas penderet,
idq; ſic in poſterum durare poteſt. Villæ non pauçæ pro ueteri
conſuetudine ſtipendia diſſoluere haud inuiti ſe obligarunt,
ſed non tantum debitum ſed decuplum ab ipſiſ torſum & exa-
ctum eſt, unde exhausti & pauperes facti, de transfugio cogi-
tarunt. Quamobrem cuiſmodi officiales repetundarum admo-
neri & ne plus quam pro ueteri uire conſuetum eſt exigant,
cohortari oportet. Itaque durante pace ex Hungaria cæteriſq;
terriſ ueſtriſ nemo capietur neque per uim abduçetur id ue-
runtamen ſi uſu ueniret, incolumes detenti, & ſine exactione,
reditione ſeu alienatione domum remittentur.

Quibus

Quibus autem uestrum ad portam nostram gloriosam agendum erit scilicet, Legatis, famulis, uicariis & id genus hominibus, ut cæteri legati honeste reuerenter & beneuole excipiantur, isque quando & quot opus habebunt interpretibus nemine impediente utendi potestatem habebunt. Proinde populo uestro & famulis ad eandem portam nostram liber sit accessus & recessus & in quouis negotio promouebuntur. Si propter consilia fieret, ad eam componendam utrinque honesti ueritatibusque amantes uiri, quocumque res postulabit ad decernendum causam mittantur: uero qui petulanter & iniuste pacem interturbauerint impuniti euadere non debent. Cum regionis populus sit frequens, sit ut etiam multi sint qui studeant furto la trocinio, incendiis atque præda, hi ne pax ullo modo uioletur aut labefaciatur, utrinque acriter sunt coercendi. Quod si in loco perpetrati facinoris nonprehendantur, dominus eius regionis, in quam confugerunt, admonendus est, ut capiatur, & quisque pro merito poenas luat. Hæc etiam in consiliis irrepsit consuetudo, ut alter alterum ad singulare certamen prouocet, huic rei nullo pacto detur locus, neque feratur mutua cædes. Præscriptæ positiones pro securitate tam pauperum quam diuitum, & pacis amicitiaque nostræ firmitate arctissime obseruentur. A uestra quoque parte huic paci reuerentia sit, Dominis terrarum uestri imperii isthæc obseruanda præcipiatur, id quod etiam apud nostros fiet, ne ad præscriptum usque tempus difficultas ulla appareat. Hæc omnia Legatus ille, de quo a principio diximus rogando & petendo nobis, secundum æquitatem proposuit, pro arbitrio suo deinceps iuramentum nostrum Imperatorium & id quidem literis mandatum postulat. Proinde hoc gloriosum fœdus & literæ datæ sunt ut & apud uos subditi domini & milites uestri his pareant & obseruantur. Quisque autem aduersum hanc nostram confederationem ac bonæ fidei iuramentum, nihil acciderit, hæc positiones amicæ seu articuli in pace & tranquillitate accepti sunt: per meum potentissimum Imperium, per meam ueram fidem, Iuro, per uerum creatorem cœli & terræ, per uerum signum magni nostri & spectabilis prophetæ, in hoc confederationis

B tempore

tempore id iuramentum firmum fore, nec a Beglerbegio, nec dominis, Tribunis, centurionibus, ac breuiter omni populo Imperii nostri & iis terris quæ nostra gloriosa uirtute subactæ sunt, rege Stefano Daciae Moldauicæq; deniq; omnibus tributariis Christianis in hoc fœdere contentis uestris regionibus, populis, ciuitatibus, arcibus, foris, pagis & consiliis a summo usque ad minimum nihil plane incommodatum ire. Hæc tandem potentissima amicitia, amor & reuerentia in hoc pacis tempore contracta est ad nutum uestrum, pariter etiam in honore & arbitrio nostro Deo dante. Huic fœderi dataq; fidei contrarium nihil penitus accidat.

Præterea petiisti per legatum tuum quosdam captiuos qui in manibus nostrorum militum cōtinentur, liberari; de hoc tibi notum esse uolumus, iam antea a nostra imperatoria iusticia nihil pecuniarum pro illis postulatum esse, sed redemptionem suam tum argento, cum restitutione Turcarum qui apud uos in uinculis confringuntur, sponte & miserabili quidem flexu efflagitauerunt; tamen propter admissa facinora liberare digni non sunt, neque ut ex hoc carcere liberarentur fieri ullo modo potuisset, neque id statuendum nobis unquam immentem uenit, sed solum in gratiam tuam, & nostrorum redemptionis ergo hac libertate donati sunt. Spero enim fore ut & nostri eadem ratione liberi ad nos sint reuersuri. Quam ob causam præces tuæ apud nos locum obtinent, & captiui homines nostro imperatorio mandato uinculis soluti, ad te redeunt.

Data anno magni nostri & accepti prophetæ nongentesimo sexagesimo nono, principio mensis Septembris ex nostro Imperatorio palatio, & sede potentissimæ urbis Constantinopolitanæ.



CATHALOGVS TAM HOMINVM

quam iumentorum, qui in ea legatione

Francoforti appulerunt.

E BRAHIMI Strofchius, natione Polonus, una cum famulis Constantinopoli adductis, circiter viginti tres.

Equos pro usu equitandi & uehendi habebant viginti nouem, camelos sex.

Tribuni budensis (quem ipsi Barbari Baschalibētius uocant) præfectus prætorio seruos habebat octo, equos decem.

Pasi Mustassa Quinque ecclesienfis, cum duobus famulis.

Istraff Zausch cum famulis duobus.

Perchaim Zausch famulo comitatus uno, & epithedio aduectus.

Berma Billi Tribunus Budensis equos secum ferebat duos.

Durach Puli & is Tribunum Budensis equos totidem.

Delli Caustraffa Budensis duos habuit famulos equos tres.

Hoffeni Buli Tribunus Budensis totidem famulos & equos;

Duratefon Buden. famulum unum, equos duos.

Dallei Achinal. seruos duos, equos tres.

Odauerdi per se equos duos.

Radal per se totidem.

Dall sachemet & is per se, totidem.

Mustassa cum famulo uno.

Huffami per se.



LA BIBLIOTECA CIVICA DI TRIESTE

LA BIBLIOTECA CIVICA DI TRIESTE


LA BIBLIOTECA CIVICA DI TRIESTE

LA BIBLIOTECA CIVICA DI TRIESTE

LA BIBLIOTECA CIVICA DI TRIESTE

LA BIBLIOTECA CIVICA DI TRIESTE





BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T
0
op. f
130

Misc. P. c. 147

N. 8

ORATIO
EBRAHIMI STROTSCHII,
SVLTANI SVLEMANNI TVRCARVM

Imperatoris in Germaniam Legati, habita in lina

Imperatore

etorum,

u, cum


axi-

xrite

colorchecker



MSCPPCC0613



mm

MENSIS

I.

TERAE

missæ,

CATA:

elorum

atio-

c.

VA

ca

IAM

is.

